



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

14. An quis possit per diversos actus adipisci eodem tempore diversas  
Indulgentias? Et an eodem opere plures Indulgentiæ, diversis viis  
concessis, lucrari possint? Idem est, si dicatur Missa pro ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Filius i. tr. 8. cap. 6. num. 168. & alij: quia hæc videat esse mens Pontificum opus bonum plerumque autem solleat pro iustitia & causa indulgentia, qui tuis non ita obtinetur si vno opere exhibito plures Indulgencias similibus rebus promissas lucrari liceret ego, &c

3. Verum circa præsens dubium ego puto cum Iacob Granado in 3. part. de *Sacrament. controu. 12.* n. 6. disputatione 2. numero 8. distinguendum esse, si enim ieiunium, aut simile opus, quod iniungitur, non sit ad strictum determinato tempore, pro quo indulgentia obtinenda est, non sufficiet solum ieiunare, quia quae indulgentia illud opus exigit independenter ab alia. Quando vero opus pro pluribus indulgentiis requiriunt determinato loco & tempori adstrictum fuit, ita quod solum tantum fieri possit; illud sufficiet ad omnes indulgentias: v.g. si aliqui propter varios titulos concessione fieri indulgentiae, dummodo ieiunum in vigilia Ioh. Baptista, cum opus illud non possit differre, aut multiplicari, censendum est Pontifex unicum opus exigere ad omnes illas indulgentias, dummodo subsistens proportionata. Ita Granodus. Vnde Ioannes Propstius in 3. part. quæst. 14. de *Indulgent. dub. 10.* numero 10. docet, quod si concessæ sunt diversis viis indulgentiae ei, qui post communionem in die, v.g. Pentecostes oraverit in certis Ecclesiis, una communio sufficit ad illos promerendas; si alia implentur per aliam repetitionem. Vide etiam Philippum de la Cruz in *Thesaur. Eccles. tr. 1. §. 12. n. 12.* Layman lib. 5. n. 6.

## RESOL. XIV.

An quis posset per diuersos actus adipisci eodem tempore diuersas indulgentias?

Et an eadem opere plures indulgentias, diuersis viis concessas lucrari possint?

Iam ergo si dicatur *Missa pro diuersis rationibus, & concomitantibus indulgentiarum, quod possit Sacerdos duas, tria, & quartam animam paenitentem Purgatoriu[m] eximere cum una Missa tantum.* Ex p. 10. tr. 6. & Misc. Ref. 14.

4. Afirmatiu[m] responderet Bonacina dicens à nemine ante ipsum propositam fuisse hanc questionem cum fecutus est Sanctarellus, cap. 10. dub. Ratio est, quia indulgentias tantum valent, quantum sonant. Hinc qui habet indulgentias quinque Sandorum obtinet bis remissionem tertiae partis peccatorum suorum, si dum audit Sacrum elicit actu[m] confessionis suorum peccatorum, invocando unum de plures ex illis Sanctis. Vnde ex his sequitur, quod quis sodalis Beatisissimæ Virginis, habens indulgentias corundem quinque Sanctorum tempore Sa-cri, in templo Societatis, aut Patrum Carmelitanorum coram Altari in quo sit Imago S. Ignatij, aut S. Therese, &c. fertum Virginem precando percurrit ad imitationem S. Ignatij, S. Therese, S. Francisci Xaurerii, &c. lucratibus uno eodemque tempore indulgentias promissas, tum recitantibus coronam B. Virginis, tum septies Pater & Ave (nam hæc in corona utique continentur) orantibus, tum precatibus in templis Ordinum Mendicantium pro obtainendis Statuomis Indulgenciarum, tum orantibus ante imaginem vnius è quinque Sanctis, tum audiencientibus factum, tum facientibus bonum opus ad imitacionem vnius ex istis quinque gloriois Sanctis. Et hoc omnia docet Gobat in *Thesaur. Indulgent. part. 1.* cap. 8. quæst. 67. numero 218. & 219. Dubitat tandem de indulgentia precantium septem Pater, & Ave:

*Tra. IV.*

Et hanc sententiam, præter Bonacinam, & Gobat docet etiam Castrus Palanus, tom. 4. tractat. 24. punct. 9. n. 14. vbi sic ait: Ap[osto]l[u]m vno eodemque tempore diuersis actibus, quorum singulis diuersæ sunt indulgentias concessæ, possit eas lucrari. Ut, si recitantur horas Canonicas, & audiendi Missam varia essent concessæ indulgentia, lucrari eas possit, simul audiendo Sacrum & horas recitando? Cui difficultati affirmative est respondendum, quia unumquodque opus a quo eodem tempore ac in diuersis perfici potest, a quoque valet sua concessionis causam finalem completere; ac si se ieiunum ab alio peractum est. Ita ille, cui adde nouissime nostrum Patrem Pasqualigum in *Praxi de Ibilao*, q. 45.

2. Sed quid dicendum de alia difficultate, an eodem opere, plures indulgentias diuersis viis concessæ lucrari possint. Hanc difficultatem alibi pertractauit & Alibi in Ref nouissime Amicus in *Car. Theol. tom. 8. disputatione 20.* placet legere sed 8. numero 238. distinguendum putat: nam si idem opus erit proportionata causa pro omnibus indulgentiis, poterimus eodem opere omnes simul lucrari; fatus si idem opus non erit proportionata causa pro omnibus. Ratio est: quoniam ut indulgentia sit valida requirit proportionatam causam, quam deficiente indulgentia suum effectum non fertur. Sed ad propositam difficultatem negatiu[m] respondent 16. Doctores, quos citat, & sequitur Pasqualigus in *Praxi de Ibilao*, quæst. 44. numero 3. Hanc tamen opinionem limitat Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 5. sed 8. numero 10. Coninch. disputatione 12. de *Indulgent. dub. 9. numero 42.* Granadus 3. par. *controver. 12. tract. 6. disp. 12. numero 8.* Faustus lib. 2. de *Indulgent. q. 40. vers.* Et quidem Pasqualigus ubi supra, num. 1. Layman lib. 3. tractat. 7. cap. 6. numero 6. & me citato Gobat in *Thesaur. Indulgent. part. 1. cap. 18. quæst. 67. numero 210.* ne procedat, cum opus in ieiunium iterabile non est: v.g. si communicanti in festo Conceptionis, vel in eius Vigilia ieiunanti concedatur diuersis viis annus indulgentia, credendum est, ieiunantem, vel communicantem plures annos consequi. Sed hanc limitationem non admittit nouissime Castrus Palanus tom. 4. tract. 24. disp. unica punct. 9. numero 13. nam esse opus in ieiunium iterabile, vel non iterabile, impertinens est ad comprehendendam causam sufficientiam, si alioquin ex se non complet. Quapropter, si ponamus, ieiunium complete sufficientiam causam, quæ requisita est pro concessione viuis anni indulgentia, nequit certè iuuare sufficientiam causam pro alterius indulgentiae concessione.

3. Adde, non deesse Doctores afferentes, sius opus in ieiunium sit iterabile, vel non iterabile, posse aliquid eodem opere plures indulgentias consequi. Et idem Pater Lezana in *Summa QQ. Regular. tomo 2. verb. Indulgentia, quad Regulares 3. num. 19.* sic ait: Nota secundum probabilissimam opinionem quorundam, quod habens diuersas medallias diuersas benedictiones à diuersis Pontificibus habentes, potest eodem actu, seu oratione in ieiunia diuersas illas indulgentias consequi. Ratio est, quia priuilegium priuilegio non aufertur, & quia non est maior ratio cur indulgentia viuis medallia, potius quam alterius obtineatur, eo actu, vel oratione. Ergo vel omnium vel nullius, quod esset absurdum. Ita ille; cui adde Martinius de San Joseph, in *Mon. Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. 5. de Indulg. n. 9.* vbi sic ait: [Tambien es opinion muy probable, que con una misma obra se pueden ganar diferentes indulgencias concedidas por ella, verbi gratia, si teniendo una cuenta bendita se gana indulgencia rezando vn Pater noster, & Ave Maria, y por otra concesion se concede la misma indulgencia al que lo reza, y visita la Iglesia se ganan ambas indulgencias con rezar el Pater noster.]

Q. 3. Y

Ave Maria, visitado la Iglesia, porque con vna misa obya se puede satisfacer a diuerias obligaciones. Sic ille, & alij à me adduci. Et hanc sententiam probabilem esse docet etiam Gobat, *vbi supra, num. 13.* ex qua probabilitate inferit, quo qui habet numismata, quorum alterum Indulgentiis quinque Sanctorum, alterum S. Caroli Borromei, sit praeditum, quoties communicat, oratque pro fidelibus defunctis, potest duas animas liberare è Purgatorio, iuxta opinionem Henriquez & aliorum. Et si ille dies, quo communicat sit Dominica Communionis Generalis, liberabit, tertiam animam. Deinde Sacerdos habens numismata affectum tam Indulgentiis quinque Sanctorum, quām extraordinariis ab Urbano VIII concessis liberat, iuxta eamdem opinionem Henriquez, tres animas è Purgatorio, quando sacrum facit in solemnibus festi-  
natis recentibus in breui. Postremum, qui in festo glorioſi Patriarchae Ignatii pro Indulgentia tunc lu-  
cra communicat, potest statim bidū post, id est  
secundo Augusti, obtinere Indulgentiam plenariam in festo Portiuncula ab ipso Christo Domino, Sera-  
phico Patri Francisco concessam, esto non iterum com-  
municet, aut confiteatur si non sit sibi conscius pec-  
cati mortalis.

4. Nec deseram hic etiam apponere id, quod obseruat Gobat *part. 2. cap. 28. 9.72. num. 5.13.* quod quoties Sacerdos habens secum imaginem, Medallium &c. effectum Indulgentiis quinque Sanctorum, sacrificat in Altari priuilegiato; primam ratione Altaris Priuilegiati; secundam ratione concessionis, quā fit exp̄resse in §. 1. Indulgentiarum quinque Sanctorum, tertiam ratione concessionis quā fit §. 13, carundem Indulgentiarum; nam illis dicitur, omnes indulgen-  
tias ea formula seu breui concessas, posse applicari per modum suffragij animabus Purgatorij: ergo Indulgentiam plenariam, quam sibi ipsi potest sacrificans acquirere iuxta *citat. §. 1.* poterit per modum suffragij applicare tercia anima. Quod si habeat insuper Indulgentias extraordinarias ab Urbano VIII concessas, faciatque sacram aliquo ex diebus in formula harum Indulgentiarum nominatis, poterit secundum sententiam superioris allatam ex Lezana, & aliis contra Pasquali & alios; poterit inquam quartam animam illis pœnitis eximere, & quintam, si præterea adhuc habeat Indulgentias S. Caroli juxta §. 17, illatum Indulgentiarum. Et idcirco hæc adeò particularia com-  
memoro, quia non dubito, quin multi has doctrinas in vñum redigerent, si noslent esse probables. Ita Gobat. Vide etiam Quintanaueam, *in Theolog. Moral. tom. 1. in Append. tract. 9. dub. 6. num. 8.* vbi me citato utramque sententiam ex dictis tamquam probabilem adducit.

## RESOL. XV.

*Quæ Indulgentia largitur per dies, & annos, quomodo intelligenda est?* Ex p. 5. tr. 12. Ref. 3. 9.

§. 1. **S**uppono contra Cordubam *lib. 5. de Indulg.* *quesit. 3. 2.* & alios non esse intelligendos de diebus & annis Purgatorij, videlicet vt tot anni ex Peccata Purgatorij remittantur, quot in Indulgentia exprimitur, sed per dies, & annos intelliguntur dies & anni pœnitentia præsentis vita. Hinc si alicui est impo-  
nita pœnitentia vt ieunie 40. diebus siue continuando siue interpolando, si iste lucrabitur Indulgentiam 40. dierum, erit absolutus ab illa pœnitentia. Hinc si alicui daretur pœnitentia vt per annum ieunet vel se disciplinet qualibet sexta feria, & sic in toto anno, essent 52. dies, si iuste lucrabitur Indulgentiam 52. dierum, absolutur ab illa pœnitentia actuali. Hinc si alicui

data est pœnitentia vt ieunet per duos annos alterius vicibus, id est, vna die sic, altera vero non, & sic consequenter faceret unum annum continuum, tunc lucrando vnum annum continuum Indulgentia, absolvitur erit ab illo vinculo, quia intentio imponens est, vt ille ieunet per dies 365. Et haec omnia docet Faustus de Indulg. *lib. 2. quesit. 153. & 155.* cui additum Hieronymus Rodriguez in *compend. q. regul. ref. 77. num. 8. 5.* vbi sic ait: Indulgentia tot dierum, vel annorum intelligitur primò & principaliter de diebus & annis huius vitæ, & de pœnitentiis in hoc facili inuentis, vel iniungendis, & secundario de pœnis Pur-  
gatorij respondentibus in tanto, vel maiori, aut minori tempore illis annis, & pœnitentiis huius vita. Itaque tantum pœnarum in Purgatorio remittitur per Indulgentiam tot dierum & annorum pœnitentia, & remissionis de iniunctis sine limitatione datam, quantum remitteretur, si pœnitens in hac vita sufficienter pœnitentiam egisset illis diebus, aut annis, quibus secundum legem & iustitiam Dei ac Canones Ecclesiæ pœnitere deberet. Ita ille. Sed circa præsentem quæstionem ne deferas vide Iacobum Granadum in 3. part. de Sacram. contr. 1. 2. tractat. 1. disputat. 3. numero 2. & seq. & Villalobum in summa, tom. 1. tract. 26. disputat. 6. & 7.

## RESOL. XVI.

*An si quis sumat Indulgentiam plenariam liberetur ab onere implendi pœnitentiam pœnam à Confessione impositam?*

*Et an hoc intelligi debeat de pœnitentia, qua non fit pœseruativa? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 3.*

§. 1. **A** Liter quām alij, philosophatus est circa præ-  
sentem quæstionem insignis Theologus So-  
ciet. Iesu Gregor. de Valent. & id est negavitiam sen-  
tentiam mordicus tenet *tom. 4. disp. 7. quesit. 10. punct. 11.*  
§. sunt autem. Primo, quia obligatio implendi pœnitentiam est iuris diuini, vt confitas ex Triden. *ſſ. 14. cap. 3.* dicente, satisfactionem propter eum in pœnitentia requiri ad integratem Sacramenti ex diuina institu-  
tione. Ita Summus Pontifex non potest abrogare ius diuinum, ergo nec relaxare pœnitentiam à Confessorio impositam. Confirmatur quia satisfactione pœnitentia pertinet ad integratem confessionis. Ergo Deinde, si contraria sententia vera esset, numquam tenerent homo adimplere pœnitentiam, sed posset sequi Indulgentiam aliquam loco illius, cum immixta suspetant id, quod non reputare absurdum, mihi vide-  
tur, ait Valentia, absurdissimum. Cæteras rationes pœnes ipsum videbis, & ita nouissime hanc opinionem docet etiam Andreas Duwallius in *part. 2. D. Thoma tract. de Indulg. quesit. vñica art. 8. ad illum, & non pœnitentia. Vide etiam Nugum in addit. ad 3. part. 9. 1.*

2. Verum non est recedendum ab affirmativa sen-  
tentia afferente effectum Indulgentia esse liberare ho-  
minem ab obligatione implendi pœnitentiam iniun-  
ctam à Confessariis. Et ita docent communiter Do-  
ctores, quos ad satietatem nominatim contra Valen-  
tiā adducit Tannerus in *Theolog. Scholast.* *tom. 4. dis-  
putat. 6. quesit. 8. dub. 4. numero 76.* & Iacobus Granadus in 3. part. de Sacram. contr. 1. 2. tractat. 1. dis-  
putat. 4. numero 5. Faustus de Iubilo *lib. 2. quesit. 13.* & Ludouicus à Cruz in *Bulla Cruc.* *disp. 1. 8. dub. 4. magis 15.* & debet intelligi de pœnitentia, quæ non in ha-  
bit pœseruativa. Ratio est, quia licet iniungere aliquam  
satisfactionem, seu pœnitentiam, & illam impli-  
care, sit ex iure diuino, & propter nullus preceptum  
ipsum Deum videatur in ea re dispensare possit. Verum